



**R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

59. In Festo S. Lucæ, tripart. Designavit Dominus & alios septuaginta duos quos misit ante faciem suam. L. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

*Sal. 102.* ad aeternae confortium gloriae, ubi coronat nos in misericordia & miserationibus. Haec omnia ponderans in pondere Sanctuarii Terefa, rursus in hunc eruptere poterat sonum jubilationis. *Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

*Profundi- 4.* Considerabat profunditatem, quae in hoc consistit, quod Deus profundissime sese humiliavit, ut efficacissime miseretur nostri. Suscepit enim nostram naturam, & ita profunde sese abiecit, ut descendere profundius non valeret: ita vero nos elevavit, ut altius non posset. Elucet quoque haec profunditas misericordiae in multis profundissimis mysteriis nobis exhibitis, in mysterio Eucharistiae, & aliis. Denique, & in hoc quod profundissimo misericordiae & sapientiae suae consilio, omnia nobis in bonum verat, afflictiones, miseriae tentationes, imò & ipsa peccata. Hanc ergo sine mensura misericordiam metiri cordis & intellectus sui qualibet consideratione non valens Terefa, iterum in vocem exultationis & salutaris eruptebat: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

Et haec quidem considerabat generaliter, tanquam concinentia salutem omnium praedestinatorum, quia erga illos Deus multiplici genere misericordiae utitur ab aeterno usque in aeternum pro qua re misericordias Domini decantabat. Sed & pro se particulariter, quae omnigena misericordiae effectus in se expertera erat, & indices magis ac magis experiebatur.

*Misericordias Dei S. Terefa la- 1.* *pius exper- sa.* *Primo* quidem, in puericia misericordiam Dei praevenientem & excitantem expertera erat, dum in lectione sacrorum librorum miram persentiscenter suavitatem, maxime legendo vitas Martyrum, qui brevi laborum compendio vitam aeternam consecuti fuerant. Quapropter jam incipias misericordias Domini decantare, repetebat cum cordis & vocis suavitate: *In aeternum, in aeternum, in aeternum cum Deo gaudeo?* Haec erant primitiae spiritus, & pignus ac artha quadam adipiscendae aeternae hereditatis, quae eam donabat praeveniens Dei gratia & misericordia: ob quod quidem donum poterat extunc dicere: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

*2.* *Secundo*, expertera est Dei misericordiam excitantem, dum circa aetatis annum duodecimum, mortua Matre, ei inspiravit Christus ad Matris suae imaginem venire in spiritu pietatis, & coram illa imagine *Matrem misericordiam* in suam Matrem eligere. Hoc, ut ipsa fateatur, cum lachrymis multis effecit, humillime rogans, ut sibi jam pupillae Matris loco dignaretur esse, & in omnibus dirigere. Quod quidem magna peractum simplicitate, sibi plurimum tamen profuisse testatur: unde Matris hujus amorem exinde studuit conservare, & nihil ei commendare, quin obtinuerit. Cumque in Religione praesiceretur jam Priorissa Sororibus, ut ostenderet quanti faceret Matris misericordiae dilectionem & affectionem, in sede *Vitae frorigera.*

sua in Choro Imaginem Virginis Deiparae collocavit, & edomus claves tradidit, dicens: *Haec est domus, tua Religio, O Virgo! Ego nihil sum, tuum est eam regere; Tu Priorissa.* Hoc vero ita Virgini gratum fuit, ut paulo post viderit ipsa B. Virginem in eam sedem descendentem cum Angelorum multitudine. Totoque *Salve Regina* ibi praesedit Virgo, ac postei dixit: *Recte fecisti me hic collocando. Ego semper adoro, ut hic Filio praesentem laudes, quas hic Religiosa decantans; & domus curam sum habitura.* Ita Ribera l. 3. vitae Terefae c. 1.

*3.* *Tertio*, expertera est Dei misericordiam, circa annum aetatis vigesimum evocata à saeculo (ubi ei grande periculum, quasi in Babylone) ut salutem suam operaretur secure in Religione. Fateur ipsa, sibi postmodum Christum ostendisse pericula, locumque sibi praeparatum in inferno, nisi specialis Dei misericordia eam erueret ab itinere saeculi deservitissimo ita ut potuerit dicere: *Misericordia Domini, quod non sumus consumpti.* Et rursus: *Nisi quia Dominus adjuravit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Denique & illud ei convenit: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum, quia misericordia tua magna est super me, & eruisi animam meam ex inferno inferiori.* Haec eadem vox est eam illa: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

*4.* *Quarto*, expertera est Dei misericordiam in Religione; ubi Dominus ei dixit illud: *Sponsabo te mihi in sempiternum, sponsabo te mihi in justitia & iudicio, in misericordia & miserationibus.* Quid est, *Sponsabo te in justitia & iudicio*, nisi iustificando te, & iudicando inerte & eum qui te rapivam tenere volebat? Quid est, *Sponsabo te in misericordia & miserationibus*, nisi maximas misericordias tecum faciendo liberabo te à periculis & miseriis in quibus eras, donisque meis te ornabo, sicut Sponsi arthas solent dare, & gemmis Sponsam ornare? Verè exornavit eam Dominus sublimibus misericordiae donis, ad verticem perducens perfectionis, lumine replens sapientiae caelestis, ardore accendens charitatis, miraque per eam operans cum stupore totius Orbis. Denique, & eam mox à morte coronavit in misericordia & miserationibus secundum animam, secundum corpus verò etiam eam exornavit, quandoquidem ex illo oleum fluit in symbolum misericordiae & spiritualis actionis. Itaque, & in vita, & in morte, & post mortem merito potest dicere: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

IN FESTO S. LUCAE.

*Designavit Dominus & alios septuaginta duos, quos Lect. 13. misit ante faciem suam Luc. 10. triplicita.*

18. Octol. Lect. 13. triplicita.

Quandoquidem per Evangelium de tenebris ad lucem reductus est mundus, merito De dignitate Evangelitarum gloriam celebrat populus Christianus. *PARS I. De dignitate Evangelitarum. Rita. g. d. h. u. m. m. a.*

Atianus Evangelistarum quoque dignitas post dignitatem Apostolorum in Ecclesia primas habet; adeo sicut Apostoli duodecim, sic & Evangelistæ quatuor variis fuerunt olim adumbrati figuris mysticis. Harum aliquot proponere hic ad eorum spectat gloriam.

rugitu Joannis quasi Leonis in eremo: *Vexillum in deserto*; Et specialiter resurrectionem Christi depinxit instar Leonis à somno evigilantis. Quare Venetia possidens corpus S. Marci, & magnifico templo eum colens, velut *Civitas S. Marci*, pro Insignibus habet Leonem cum hac inscriptione, *Pax tibi Marco, Evangelista meus*, quæ verba Christus dixit, apparet ei pergenti ad Martyrium. Per faciem Aquilæ, designatur S. Joannes, qui Divinitatem Christi in sublime volans, prædicat præ cæteris. Per faciem bovis, sive vituli, designatur S. Lucas, qui à Sacerdotio inchoavit; est autem vitulus, aut bos, animal sacerdotale, sive immolatorium. Ita passim ex S. Gregorii & Hieronymi sententia tenent Doctores, & ostendunt Pictores. Hic ergo Evangelistæ sunt Præcones triumphæ Redemptoris, & excellentiæ illius qui habet facies quatuor; quia & Filius hominis est; & Rex, instar Leonis; & Aquila, quia Verbum Patris; & Vitulus, quia Sacerdotium & Sacerdos, vel summalis, Homo est in incarnatione, Leo in resurrectione, Aquila in Ascensione, Vitulus aut Bos in morte & immolatione. Nam & planta vituli divisa & filia notat præcedit Christi crucifixos Clavis enim per eos in eremum adactus quasi divisa sunt & fissæ plantæ Christi uti ungula vituli, quasi adacto clavo filia & divisa videtur. Curus ergo gloria Dei trahitur per quatuor animalia mystica, hoc est, per quatuor Evangelistas, quæ & Cherubim dicuntur, hoc est, scientiæ multitero. Hæc est ergo quadriga Domini, quæ per orbem fertur, de qua illud: *Quadriga sua, labuntur*. Vel ut describitur in Apoc. Hæc sunt mystica animalia in circuitu Throni, quia Ecclesiam, quæ est thronus Dei, circumdant: sunt quæ plena oculis ante & retro, & intus: quia oculorum instar ostendunt nobis præterita quæ retro sunt, futura quæ ante sunt occulta mysteria quæ intus sunt; habent etiam alas, quibus orbem pervolent, & in cœlum readant. Audi de his sanctum Hieronymum: *Matthæus, Marcus, Lucas, Epistolæ & Joannes, quadriga Domini sunt, & Cherubim sunt, scientiæ scilicet multitudo: per totum corpus oculati sunt, scientiæ amant, dicuntur fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & ubique voluntaria: tenent se mutuo, sibi quoque perplexi sunt, & quasi rosa in rosa voluuntur, & pergunt quocumque eos iussus Spiritus sancti pertraherit.*

Quatuor Evangelistæ, quatuor mundi summi-va. S. Hieron. prol. in Matth.

Chrysostr. hom. 3. in Gen.

Ezech. 47. Mal. in il. lum. locum. R. sal. 72.

Anom. Fernan. vi. 20. scilicet 2.

4. Insignia curus gloriæ sunt 4. Evangelistæ.

Dicamus ergo primo cum S. Hieronymo, jam ab initio eos adumbratos fuisse in quatuor fluminibus exorientibus à fonte medio Paradisi sito, sive à loco voluptatis, quibus superficies terræ irrigua & fecunda reddebatur. Christus tanquam fons, & Ecclesia tanquam locus voluptatis & Paradisus Dei, hæc quatuor flumina eradiat, hoc est quatuor Evangelia, per os Matthæi, Marci, Joannis, Lucæ. Per illos funditur aqua sapientiæ, & aqua vitæ, ut plantæ Paradisi, amissæ scilicet, irrigentur & vivificentur. Quapropter dicebat sanctus Chrysostomus Evangelicas scripturas esse instar fontium perennium, qui novis semper opibus curant: *ex quibus antecessores nostri hauserunt, & nos hauserimus, ac porro alii qui nos sequentur hauserunt sine nunquam tamen exhausturi. Hæc est enim spiritualium fontium natura, ut eo persuant liberius, spiritualique gratiam fundant largis, quo quis amplius ex illis hauserit, convenienter oraculo Christi: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: Qui credit in me, flumina fluent de ventre ejus aqua viva. Qui credit Evangelio, credit in Christum, id est in has aquas vitæ participat.*

Hæc sunt aquæ quæ egrediebantur de Sanctuario, per quas ductus est Propheta Ezechiel: & primo quidem pertigit usque ad talos, deinde usque ad genua, tertio, usque ad femora & renes, tandem excedebant staturam hominis, ita ut natando forent transeunda. Quo quidem significabatur Evangelicam doctrinam parvo sumpto initio, à Jerusalem totum per orbem propagandam: ita ut Christus dominaturus sit à flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnesque gentes, ad quas illa doctrina pervenerit, à corruptione morum errorumque pravitate sint curandæ. Ideo & multa ligna, id est multæ arbores, ab his aquis dicuntur irrigari, crescere, fructificare, Nonnulli quoque sic explicant; quod aquæ è sanctuario, id est, è corde Christi exeunt; doctrina enim Evangelica ab eo originem ducit. Ac mox aqua illa genua superavit quia persuasit ut omnes genu sibi curvarent. Deinde pertigit ad renes, carnem ac concupiscentiam restringens, quæ in renibus sedem habet, multosque ad virginitatem & calibratum impellens. Deinde quod transvadit non potuit nisi natando, significat Christianos perfectos in Ecclesia & Dei gratia natate velut pisces.

Dicamus secundo, designatos fuisse Evangelistas per quatuor stemmata & Insignia circa cursum gloriæ Dei apud Ezechielem cap. 1. Per faciem enim & similitudinem hominis, designatur Matthæus qui ab humana Christi generatione suam exorsus est Evangelium, & humanitatis opera describit. Per faciem Leonis, designatur S. Marcus, qui incipit à

terram promissam procederet populus Israel

Insignia Venetia.

Abm.

Sunt etiam insignia Christi.

Canon.

Nam.

pen

Barad-  
som. i. l. 2.  
c. 21.

Andreas  
Masius  
in c. 6. lo-  
sue.

Ex Hebr.  
Hier.  
Præd. in  
c. 1. Exech.

Sunt 4.  
columnæ  
Ecclesiæ.

Apo. 12.

Sunt 4.  
venti or-  
bem per-  
stantes.

per solitudinem, sub vexillis quatuor. Nam Ori-  
entalem plagam tenebat Iudas, tribus regia, cum  
Ishachar & Zabulon: Meridianam protegēbat Ru-  
ben, cum Simeone & Gad: Occidentalem occupa-  
bat Ephraim, cum Manasse & Ephraim: Aquilo-  
narem tenebat Dan, cum Aser & Nephthalim. Er-  
at autem castrorum figura quadrata, sub præci-  
pui vexillis quatuor. Atque his Hebræi dicunt in-  
scriptas fuisse effigies quatuor animalium Leonis  
Hominis, Bovis, & Aquilæ. Quapropter de hac re sic  
loquitur quidam de Interpretibus sacris: Tradunt  
Hebræi primum vexillum tribus primipularis Iudæ  
cum suis habuisse effigiem Leonis pro insigni. Secundum  
vexillum Rubenitarum habuisse Hominis effigiem cum  
Mandrægoris, quas ad matrem attulerat Ruben. Gen.  
30. Tertium vexillum Ephraim habuisse imaginem Bo-  
vis. Quartum Danitarum habuisse Effigiem Aquilæ. Qua  
sanè apud typis significabant Proprietarium nostrum,  
Christum scilicet, Arcamque ejus, id est, Ecclesiam, qua  
inter vexilla quatuor sita erat, quia per quatuor Evan-  
gelistarum signa, ad omnes mundi plagas erat diffunden-  
da. Hæc illi. Quidam ex Hebræis dicunt vexillum  
Iudæ fuisse viridis coloris, quia in viridi lapillo,  
Imarago scilicet Iudæ nomen fuerat exaratum in  
Rationali Pontificis. Secundum vexillum Ruben  
fuisse rubrum, quia nomen Ruben scriptum erat  
in Rationali in Lapide Sardo, qui rubrum præfert  
colorem. Tertium vexillum Ephraim erat aureum,  
quia emulabatur fulgorem Chrysoliti, in quo in-  
scriptum erat nomen Ephraim in Rationali. Quar-  
tum erat variegatum, quasi ex albo & rubro ad in-  
ferat lapidis, in quo scriptum erat nomen Dan in Ra-  
tionali. Hæc omnia vexilla Ecclesiæ aptari possunt  
quæ per quatuor Orbis plagas sese diffudit, ex qui-  
bus per Evangelium homines ad Deum evocavit;  
& quosdam quidem habet Confessores sapientiæ  
& pietate admirabili virentes, quosdam Martyres  
purpureo colore fulgentes, quosdam eminentia  
aurea caritatis promicantes, quosdam virgini-  
tatis candido; martyriique rubeo colore deco-  
ratos.

Dicamus quartæ, Evangelistas, & eorum Evan-  
gelia, esse quatuor columnas, quibus fulcitur Ec-  
clesia contra adversarias potestates, & contra vi-  
res inferorum, ita ut per illas immobilis maneat &  
invidiæ. Est enim Ecclesia Civitas in quadropostis, &  
habet duodecim fundamenta, quibus inscripta sunt  
nomina duodecim Apostolorum Agni. Habet quo-  
que quatuor prominentes columnas, quatuor Evan-  
gelia; in quibus velut in quadrato lapide san-  
ctæ fidei structura confurgit. Adde possimus,  
quatuor Evangelistas esse velut quatuor ventos pri-  
marios qui quatuor orbis plagas perflant, ut ho-  
mines vivificent. Sic enim de illis loquitur sanctus  
Irenæus lib. 3. c. 11. Quoniam quatuor regiones mun-  
di sunt, & quatuor principales spiritus & disseminata  
est Ecclesia super omnem terram; columna autem &  
firmamentum Ecclesiæ est Evangelium, & spiritus vite  
consequens est quatuor habere eam columnas undique

stantes incorruptibilitatem, & vivificantem homines.  
Denique dicere possumus, quatuor Evangelia de-  
signari per liatium illud quod visum est sancto Pe-  
tro demitti è celo, rursusque in celum remitti:  
non enim sine mysterio quatuor initiis dicitur  
dimitti animalibus plenum, & rursus in colum  
recipi, idque factum. Quapropter enim sunt Evan-  
gelia, per quæ ad sacrosanctam Trinitatis fidem  
orbis incolæ, vario animalium genere adumbrati,  
adducendi erant. per quatuor mundi partes sparsi  
Audi sanctum Hieronymum. Petrus in vaso Evan-  
geliorum quadrangulo, quod de celo descendit ad terram,  
docetur, & dicit omnes homines posse salvari: rursus-  
que quod viderat, in specie candidissimi lineamini in  
superna transfertur, & credentium turbam de terris ad  
celum rapit. Non enim sine mysterio olim quatuor  
circuli aurei erant, per quos Arca Dei, Eccle-  
siam designans, portabatur. Audi rursus sanctum  
Hieronymum: Ecclesia quatuor annulos habet, id est,  
Evangelia per quos quasi arca testamenti & custos legis  
Domini, vehitur.

Attende igitur quanta fulgeat dignitate S. Lu-  
cæ Evangelista ex omnibus his titulis. Est enim  
tanquam unus ex fluviis Paradisi, in aquas redun-  
dans perennes: tanquam animal mysticum, ducens  
currum gloriæ Dei, imò tanquam Cherubim; tan-  
quam Vexillifer in acie Iesu Christi: tanquam  
Ventus, primarius & salubris, perflans quatuor re-  
giones Orbis: tanquam unus ex circulis & annulis  
aureis in Arca testamenti.

MULTI ex antiquis Scriptoris factis asserunt PARS III.  
S. Lucam unum fuisse ex illis septuaginta duo-  
bus discipulis, quos misit ante faciem suam. Ita S. Lucas  
tradit sanctus Epiphanius hæref. 51. S. Gregorius discipulus  
Præfat. in Job. S. Dorotheus in vita sancti Lucæ; Christi,  
Simeon Metaphrales. Nec obstat, quod videatur an Pauli.  
insinuare Lucas initio sui Evangelii se non tam  
visam quam audita referre; non enim omnia acta  
Christi vidit; sed aliqua vidisse potuit, aliqua au-  
divisse tantum: imò nec colligi potest ex ejus  
verbis ipsum scribere audita, & non visa, ut pate-  
bit expendentibus. De eo igitur sic scribit Metaphra-  
stes Christus qui liber à peccato venerat, ut pecca-  
tores ad poenitentiam vocaret, post luctam contra  
adversarium & trophæa de eo relata, post auditum  
superne Patris testimonium, & Spiritus descen-  
sum, habebat de mundi salute disputationes &  
congressus. Percurrebat fama non solum Iudæam,  
sed etiam extra ejus terminos ferebatur. Tunc  
sanè multi ad veram doctrinam cordis aures ob-  
turabant, ac mentis oculos claudēbant. Hi autem  
in quibus veritatis vestigium impressum erat, totis,  
quod ajunt, oculis intuebantur, & animæ attractas  
aures habebant, & velocissimè ad veritatem tran-  
serebantur. Horum unus erat hic præco veritatis;  
qui ad piam prædicationem mentis oculo illustratus,  
despexit cognationem omnem atque possessiones, omnem  
substantiam indigentibus distribuens. Despectusque

Act. 10.

Epist. ad  
Rustic.

Prolog. in  
Matth.

Lucam  
Marianæ  
Barad.



caulis inferioribus supra velociter amplexitur, & ad Iudam accedit, & statim ad conspectum ac sermones Iesus efficitur splendidum receptaculum ad pretiosum gratia arguentium, hæc ille. Adit hunc fuisse discipulum, qui post resurrectionem cum Cleopha à Christo in via Emaus illuminatus fuit & accensus, dum ipse eis aperiret scripturas, quibus in eorum corde fidem resurrectionis confirmaret; quem & postea plenè agnoverunt in fractione panis. Hoc etiam tradidit S. Gregorius præfat. in Job, cum aliis nonnullis Interpretibus, teste Theophylacto, qui id ipsum non refellit.

ad illos seniores, tanquam ad typum. Quapropter sicut dicitur olim spiritum Moïsi divisisse in illos Num. 11. septuaginta, ut idoneo possent eodem spiritu populum regere quo Moïses: ita & Christus suos electos discipulos confortes fecit spiritus sui, quo dirigerentur in omnibus, alioque ipsi dispererent.

Addunt nonnulli ideo Dominum septuaginta duos designasse discipulos, quod totidem lingue fuerint post diluivium. Ita tradit auctor de mirabilibus scripturæ l. 1. cap. 9. & Beda Luc. 10. ubi ait: Bene septuaginta duo mittuntur; quia totidem mundi genibus Evangelium prædicandum erat. Septuaginta autem duas linguas hominibus datas esse in linguarum confusione, multorum est sententia, qui totidem Patres congregatos fuisse in illius turis ædificatione dicunt. Hæc est opinio S. S. Epiphani, Augustini, Hieronymi, Prosperi. Idem docent Hebræi, teste Genebrardo in Chronographia. Fortè etiam non sine mystica numeri significatione est, quod anima domus Jacob que ingressa sunt Ægyptum fuere septuaginta. Ex Ægypto ergo tenebrola infidelitatis & peccati vultu educi Dominus domum Jacob in terram æternæ promissionis, per electionem septuaginta discipulorum.

Magna dignitas discipulus Christi.

Luc. 9. 10.

Luc. 10.

Septuaginta duo discipuli Christi in quibus præfigurati.

Exod. 15. Epist. ad Fabio, am.

Num. 11.

Jansem. Barom. Maldon. S. Iameron.

Neque exigua felicitas est Christi fuisse discipulum; ex ejusque ore didicisse divinæ sapientiæ mysteria, ab eo quoque immediatè fuisse missum ante faciem ejus, ad præparanda corda credentium, quæ visibili postea præsentia & invisibili Spiritus gratiâ confirmaret. Certè eadem missio quæ præcesserat pro Apostolis repetitur, & pro discipulis mittendis. Utrique enim mittuntur prædicare Regnum Dei, pacem nuntiare, & si non recipiantur, jubetur utriusque pulverem pedum excutere in testimonium super illos. Utrique sine pera & pecunia, sine provisione mittuntur, ut fiduciam concipiant perfectam, & jactent omnem curam in Dominum mittentem tanquam agni inter lupos, tanquam operarii messis, tanquam filii & legati pacis. Unde utriusque dicitur: Qui vos audit, me audit; Qui vos spernit, me spernit; Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Ergo dignitas magna, discipulatus Christi.

Quocirca septuaginta duo discipuli à Domino designati, fuere præfigurati per septuaginta palmas, quas filii Israël repererunt in solitudine, juxta duodecim fontes. Sic enim habet textus: Venimus autem in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum & 70. palma. Quem locum interpretatus S. Hieronymus ait; Non dubium quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus derivata aqua totius mundi feceritatem rigans. Juxta hæc aquas 70. palma creverunt, quos & ipsos fecundati Ordinis intelligentius præceptores.

Illorum quoque typum gesserunt 70. Seniores, à Moysè jussu Dei electi ad gubernandum populum Quos nonnulli existimant fuisse 72. quamvis scriptura non exprimat nisi numerum majorem, relicto minori scilicet binario, qui sub intelligi quandoque solet. Sic & Græci Codices de Discipulis Christi agentes 70. tantum habent, & 72. interpretes brevitatis gratiâ solent dici 70. Similiter putant de illis senioribus, fuisse scilicet sex ex unaquaque tribu electos, & sic septuaginta duos. Quicquid sit de numero, sive septuaginta tantum fuerint, ut exprimit scriptura, sive septuaginta duo, sicut Interpretes totidem electi fuere per Ptolomeum Regem Ægypti ad vertendum libros sacros in linguam græcam, dicimus Christum, dum designavit suos discipulos, respexisse

Quod autem bini mittuntur discipuli ante faciem Christi Iesu, olim hujus rei figuram præcessisse in Iosue Duce Israeliticæ plæbis, qui & Iesus dictus est, docent sancti Patres. Inter quos S. Basilii Seleucus hæc de re multa discretè eloquuntur serm. de S. Anthymio. variam explicans consonantiam typi in Iosue, & exploratoribus ejus, cum veritate completa in Christo & Prædicatoribus ejus. Audiemus.

- 1. Primo: Mittitur Iosue ad perdendas nationes, venit Iesus ad debellandas aëreas potestates.
- 2. Secundo: Mittit ille Jericho duos exploratores, dirigit ipse sub eodem mystico numero suos prædicatores binos ante faciem suam.
- 3. Tertio: Mittebantur illi ut locorum situs explorarent: Hi ut venienti Iesu viam fidei in corde hominum præpararent.
- 4. Quarto: Illi in Raab Meretricis hospitio recipiuntur: Isti apud Ecclesiam Gentium, antea cum idolis fornicariam quiescunt.
- 5. Quinto: Raab coccineum funiculum sanguinei coloris in fenestra domus suæ appendit: Ecclesia in fenestra etiam sua ruborem sanguinis, ponit dum passionem Christi publicè confiteretur in voce, & signum crucis portat in fronte. Vnde sponsus ait sponse: Vista coccinea labia tua, & eloquium suum dulce. Coccus sanguinis, & ignis speciem habet, & significat charitatem. Labia Ecclesie, Prædicatores sancti, coccinea vitæ similes sunt, quia mortem Christi semper prædicant, & pro charitate hominum crucem sub iube affirmant. Vitæ capillos ligat in unum, sancti Prædicatores in unitate fidei fidelium colligunt multitudinem sua prædicatione, & redigunt in unum sub musæ charitatis decore.

Dicitur

Denique, extra domum Raab repertus, gladium non vivavit; Sic ab Ecclesiæ limite aberrans, certum mortis periculum incurrit, hætenus S. Basilii Seleucus.

Fuit itaque S. Lucas de illis exploratoribus factus, fuit de Jesu discipulis secundum multorum opinionem: Aut saltem, secundum certam scientiam, fuit ex discipulis Pauli, ejus comes in variis peregrinationibus per varias orbis partes, ejus confort in laboribus, vigiliis persecutionibus, prædicationibus. Ejus labia, velut Virtæ coccinea, Christi Passionem & charitatem annuntiabant quia & in corpore suo mortificationem crucis jugiter portabat, ut canit Ecclesiæ. A. S. Paulo igitur non pauca didicit ex arcanis mysteriis, qui ea in cælo didicerat, immediatè edoctus non ab Apostolis, non ab Angelis, sed ab ipso Christo; & quidem ab ipso non peregrinante adhuc in terris, sed ab ipso beatificante & illuminante Angelos in superis. Audi hæc de re S. P. Damiani. *Qui Petrum & ceteros Apostolos adhuc passibilem & mortalem edocuit, ipse Paulum jam glorificatus, & super Angelos exaltatus instruxit Magister Apostolorum suus, cum hominum subjaceret injuriæ, Paulum docet, cum virtutum calcem vallaretur obsequiis. Vide ergo B. Pauli quanta sit dignitas, quanta sit gloria. Sed cum B. Lucas ejus fuerit individuum comes, atque ab eo didicerit omnia quod scripsit, ubi dignitatem præceptoris exprimitur, alium quoque præconium non tacemus. Doctor laus redemptas in discipulum, qui veritatis historiam quam ille divinitus didicit, ex ejus ore percipiens, fideliter apicibus exaravit. Quanta ergo sit excellentiæ B. Lucas ex eo liquet, quia cum Marcus & B. Petro edoctus, & Iohannes ac Marthæus Redemptoris gesta in terra cognoverint: Ille solus, ut ita loquar, hoc Evangelium scribere meruit, quod de cælo descendit. De cælo Christus in Paulum gestorum suorum sacramenta profudit, eademque per Paulum in Lucam, velut aucta fistula mediante, transfudit; ut huic beato viro non immeritò congruere videatur quod per Isaiam dicitur: *Primus ad Sion dicit ecce adsum, & Hierusalem dabo Evangelium.* Hæc P. Damiani serm. de S. Luca.*

Vide ad Gal. 1.

Gal. 1.

Isai. 53.

Ubi advertit, dum illud Isai allegat, ipsum legere: *Ecco adsum*, cum in vera lectione sit, *Ecco adsumus*. Est autem sensus: *Ecco adsum Prophehtarum successores Apostoli & Evangelistæ, qui ventura sub Christo, & per Christum, bona annunciant. Hi erunt Hierosolymæ & toti orbis præcones Evangelii, ut omnes in viam veritatis educant. Inter hos S. Lucas, qui nomine Dei inter primos, annuntiavit & scripsit lætum Evangelii nuntium; & primus quia & solus, scripsit Acta Apostolorum, ab exordio eorum quæ gesta sunt in Jerusalem: mox ab ascensu Domini: Prædicavit & ipse Evangelium suum per Græciam, & varias gentes: ita ut & illi illud conveniat: *Quam speciosum sunt super montes pedes Evangelii annuntiantem.* Annunciantem.*

si bonum prædicantis salutem dicens Sion, Regnavit Deus tuus. Sensus est Sataa: Tyrannus disturbata est, & excisa; Deus tuus regnat in terris, cujus regnum æternam salutem, & felicitatem incredibilem affert cum thesauris opulentissimis: ex pade ergo, O Sion, finem tuum, arrige aurem, erige mentem, ut his bonis potiaris: en juxta te sunt ejus legati, felicitatis omnis nuntii & portitores. Hinc lubdit Isaias: *Gaudete & laudate simul deserta Jerusalem, quia consolatus est Dominus populum suum. redemit Jerusalem, paravit brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.* Hoc est, videbunt illum qui salutem toti atrilite orbi, illum digito ostendent Evangelistæ & Apostoli. In hoc ergo triumphate, & ei aurem præbete, recedite de medio Babylonis, de peccato de mundo, de confusione, de demonis servitute; omnem contaminationem abijcite, quæ confusionem coram Domino potest inducere, & ad confusionis æternæ ærumnas vos ducere.

**S** Lucas dilectus & familiaris Deiparæ Virgini merito asseritur; ita ut de mysteriis incarnati Verbi, specialiter ab ea fuerit instructus. Ipse enim specialiter cum suis circumstantiis describit mysteria infantie IESU, quæ ab Evangelistis aliis non sunt scripta; Nec ille videtur illa particulariter scripsisse, nisi ex ore Virginis, quæ omnibus his interfuerat, de qua etiam dicit: *MARIA autem conservabas omnia verba hæc, conferens ea in corde suo. Quare, & quomodo ea conservabat? Conservabat tamquam Archa sanctissima novi Testamenti mysteria hæc, quæ videbat & audiebat, & tamquam Archivum primarium, ut est postmodum revelaret sacre historię Scriporibus. His ergo verbis insinuat videtur S. Lucas, unde hæc de prompterit, quæ tradit, & litteris mandat non intermitteretur. Quasi dicat: A Virgine hæc accepi, quæ conscribo. Illa enim omnia conservabat, conferens in corde suo. Certe ipsa non solum Regina erat Apostolorum, sed Doctrinæ ac Illuminatrix Evangelistarum. Et ad hunc effectum post Christum in terris relicta erat ut Ecclesiæ novellam doceret & illuminaret, tanquam Luna Sole subtrahito: *Elevatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo.* Neque solum rudes fideles docuit, sed & Ecclesiæ Pastores & Doctores; quia spiritu sapientiæ & intellectus omnes superabat, & omnibus præcens fuerat.*

Ab illa itaque didicit S. Lucas colloquium illud secretissimum, quod ei cum Angelo paronymo factum, dum Eihum Dei sui concepit visceribus. Sola ipsa, & Dei Legatus Gabriel, conscribit erant tanti mysterii, & tam secreti alloquitur. Ab ea didicit, quoque Nativitatis Christi IESU particulares circumstantias, præsepe sacrum, fastidias involventes, æterum Angelorum, visitationem, baptismum; quæ omnia accuratè descripsit.

3. PAR. S. Lucas fuit Deiparæ miltari, ac tandem martyri. Luce. 2. Vide Gloss. Abac. 3.



Ab ea cognovit Circumcisionem pueri, Adorationem Magorum, purificationem & oblationem in templo; inventionem Iesu duodennis in templo docentis. Denique, ex ea percepit visitationem Elisabeth, exultationem Johannis, & quæ runc peracta sunt mysteria. Ab ea dicitur quoque tria illa Cantica, quæ in finem usque sæculi Verbi incarnati laudes prædicant, & quotidie in Ecclesia decantantur, *Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis*. Nemo Evangelistarum præter eum horum meminit, quæ tanquam Secretarius & Notarius Virginis per illum didicit.

*S. Lucas primus imaginem M. V. depinxit.*

*S. Lucas arte pictor, professione medicus.*

*S. Lucas castitatem coluit.*

*Martyr. vitam finisse putatur.*

Uterius quoque illud familiaritatem Deiparæ Virginis & S. Lucæ comprobatur, quod primus Virginis imaginem depinxerit. Atque imago illa Virginis adhuc Romæ in templo S. Mariæ Majoris aservatur, estque miræculis celebris à tot sæculis honorata. Dicitur & primus Christi Domini imaginem depinxisse S. Lucas qui & arte, Pictor & professione Medicus erat. Nam licet Pictor quidam alius Missus sit à Rege Edeffe Abagaro ægrotante (qui summo videndi Christi tenebatur desiderio) ut accuratè ejus faciem per picturam efformaret, sicque saltem imagine frueretur, qui præsentia sui non poterat: Tamen non potuit Pictor ille assequi quod optabat, quia divinus splendor in vultu coelcans impedimento erat, Saluator interitum, ut pio Regis desiderio satisfaceret, in linteo faciem suam dignatus, est exprimere, & ad Regem transmittere, tanquam pietatis monumentum, & sanitatis sibi reddendæ argumentum. Vide Nicephorum l. 1. histor. c. 7. Evang. l. 2. c. 2. 6.

Eteo etiam dilectus fuit Virgini Deiparæ S. Lucas, quod castitatem coluerit toto suo ævo; ita ut de ipso referat S. Hieronimus, usque ad annum octagesimum quartum viris se cœlibem. Ideo mysteria purissimæ carnis à Christo: susceptæ merito ei incidavit Beatissima Virgo, quæ æternitati commendaret.

Martyrio vitam finisse sanctum Lucam, etsi non ita certum & exploratum sit, multi tamen Scriptores Ecclesiastici tradiderunt. Atque inter antiquos ita insinuat S. Greg. Naz. Orat. in Iulianum, ubi sic loquitur: *Non vidimus pro Christo casus reverentis. Non magnos pugiles eximivimus, Ioannem illum, Petrum Paulum, Iacobum, Stephanum; Lucam, & qui post illos capitis sui periculo veritatem protulerunt: Qui cum igne, & ferro, & bellis, & tyrannis, alacri animo, velut in alienis corporibus, imo velut corporum expertes dimicarent.* Sic & S. Paulinus inter veteres nominat eum Martyrem his verbis.

*Hic Pater Andreas, & magno nomine Lucas, Martyr, & illustris sanguine Nazarinus. Eiusdem est sententiæ S. Gaudentius Episcopus Brixianus, florens tempore S. Amb. ita enim loquitur in serm. Dedicat. Eccles. Horum quatuor habemus reliquias, qui regnum Dei & iustitiam ejus prædicantes ab invidulis occisi sunt: Iohannes in Sebaste Palestine, Thoma apud Indos, Andreas & Lucas apud Paphos*

*Achaia civitatem, consummavit referunt.*  
 Nicophorus autem l. 2. c. 43. specificat genus martyrii dum sic de sancto Luca dicitur: *A Paulo Roma in Græciam reversus, plurimos ibi divina doctrina luce illustravit, & tandem à divini verbi contemptoribus ex fructifera olea arboris suspensus (quod aridilignis ex quo crux foret copia non esset) Deo spiritum commendavit.* Eadem habet Glycas lib. 3. Annal. additque liquorem medicum ex reliquiis scaturire; eoque indice illas esse reperit: *Consentit & Cedrenus in Compend. histor. O felix igitur Olea, ex qua pendens talis divinus Pictor, imaginem in se depinxit Iesu Crucifixi! O felix Olea, in qua Medicus ille (cujus verba Evangelica animæ languentis sunt medicina) se supremo conformavit Medico, ejus unctionis particeps effectus, tam in vita, quam in morte. Potuit enim cum Christo summo Medico dicere Lucas Medicus: Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus miseri me, ut mederer contritis corde.* Hoc dum viveret periclitæ prædicatione verbi, & in finem sæculi perficit scriptio Evangelii.

Pareat quoque ex dictis, quam aptè S. Lucas designetur simbolo Bovis: tum quia sacre lingue vomere cordis nostri arva profulcat, eaque evangelici seminis jactu, vitali fruge fecundat: Tum quia evangelicam, atque apostolicam describens historiam, hostes Christi, atque adversarios veræ fidei, tanquam duobus cornibus ventilat, eoque ne arcam Chæolicæ Ecclesiæ depopulenter, expugnet: Tum denique, quia post laborem in agro & arca Domini, tandem se victimam Deo immolavit, suum illibans sanguinem, qui prius ejus amore mortificaverat carnem; quia crucis mortificationem jugiter in suo corpore portavit, tanquam jugum & aratrum, sed tibi suavè & jucundum.

*Quasi S. Lucas designatur symbolo bovis.*

**O**S. Luca, Pictor divine, depinge in nobis factorum verborum tuorum penicillo, perfectam Divinitatis imaginem; eamque vel operibus nostris eruentis deturpata, reforma, & pristino splendore restitue! O Medice facer, Evangelii tui medela effice, ut sanentur languores animarum nostrarum & in veram redeamus sanitatem, relictiis morbidis reliquiis vitiorum. Denique, sic intercede pro nobis occæcatis, ut fiamus Theodidacti & Docibiles Dei, discipuli Christi, discipuli que tui; unctionis illius participes, quæ de omnibus sufficenter docet, & tandem tua sectantes vestigia possumus dicere: *Ego autem sicut Olivæ fructifera in domino Dei speravi in æternum, & in sæculum sæculi.*

*Cond.*

Pro Festo S. Vrsulæ & Sociarum.

*Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Cant. 7.*

*Luc. 19. tripartita.*

**E**CClesiæ Dei pars duplex distingui potest. Quæ in Partis una militans, altera triumphans dici Ecclesiæ solet.